

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

De tempore interdicto

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

DE TEMPORE INTERDICTO.

PARImodo agitur etiam cum celebrandis nuptiarum solennibus, à dominica Septuagesima, qua cantatur in ecclesia, Circumdederunt me, &c. sub Quadragesimæ usq; initium quo tēpore ab ecclesiæ Romanæ primoribus, undiq; nuptias celebrari interdictum est. Quum tamen interim & ab ecclesiasticis & à secularibus passim sine discrimine publice Genialiter uiuatur. Sed ita demum iuterdictum illud procedit, si gratis hoc facere quis intēdat. Quod si nummi spes refulserit, iam quod primum erat prohibitū, impune ac libere facere licet. Est em̄ & hoc graue, Germanorū crumenis retiaculum, quo extrahuntur nummi. Nec minus interim grauamen, quod pauperis diuitisq; longe diuersa in relaxandis his constitutionibus, sit conditio.

QVIBVS NEXIBVS ARCHIEPISCOPI AC
Episcopi à suis Capitulis ob collationem
beneficiorum sint astricti.

NEC tamen beneficia ac parrochiales ecclesiæ Romæ ob pecuniæ fauoris, aut familiaris cōsuetudinis amorem, indoctis, turpibus, ridiculis, ac offendiculis personis. Sed & simile quiddam ab Archiepiscopis & Episcopis committitur, qui per eorum capitulares congregationes ita obligantur, ut omnia præpinguia beneficia, curata ac nō curata (quæ procul dubio à fundatoribus primum, ut ad doctos ac integros pertinerent uiros, sunt fundata) Capitularibus Canonicis, utcūq; ad hoc in idoneis, conferre necessum habeant, qui dehinc talia beneficia simplicia ac curata, indoctis, ac ludicris personis, modo quam maximum pendeant censum annuū, elocant, æque atq; supra de mercatorum societatibus dictum est, ita quod possessores illi conductitij, maiorem partem ex illicitis exactionibus uiuere, atq; ob id subditos eo amplius onerare coguntur. Similiter & cum cæteris cathedralibus collegiatisq;



29